

Heinrich Schuckmann

**Heinricus Schuckman, I. U. D. Codicis Professor, & Facultatis Iuridicae in
Academia Rostochiensi p. t. Decanus Ad Actum Inauguralis Disputationis die 20.
currentis mensis Iunii ... officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746839197>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (143.)

1. Schlevogt, de poenitentia.
2. Schlevogt, de fore gestae administrationis.
3. Schlevogt, de testamento parentum inter liberos.
4. Schlevogt, de naturali hominum inter se amore.
5. Schlevogt, de utili rei pecunia dotali comparatae vindicatione.
6. Schlevogt, de alienatione domino prohibita.
7. Schlevogt, de expensis deq. eademque ^{dem} exceptionibus.
8. Wildvoagel, de furtis in iudicium.
9. Schlevogt de ingenuis germanorum.
10. Schlevogt de crimine abortus.
11. Schlevogt de dominio revocabili.
12. Schlevogt de citatibus requisitis et efficacis.
13. Schubart, transmissio hereditatis.
14. Schubart, de administratione rerum ad civitates pertinentium.
15. Schubart, de statu liberorum dubio et illegitimo.
16. Schubart de emenda Saxonica injuste incarcerationis praestanda.
17. Schuermann de fideiuribus.
18. Schuermann de fructibus.
19. Schuermann, de crimine laesae majestatis divinae et humanae.
20. Schuermann, de transactionibus.
21. Schuermann, de publicis judiciis.

22. Schuermann, De interesse.
23. Schütten De collisione obligationum.
24. Viethen ad institut. Justin.
25. Sixolt cognomine Schütz, de lucrat. coad. simpliciter.
26. Schulz, de jure hominum tutelarium.
27. S^huster, de adjecto.
28. Schütten, de competentia judicis.
29. Schwartz, de obligatione proprietas bonae fidei ad rem
dominam restituendam.
30. Schwartz, de jure hominum nasciturorum.
31. Schwartz, crimen laesae majestatis.
32. Schwartz, De feloniam Vasalli ex causa adulteri et stupri.
33. Muscius, de testamentis.
34. Berlich, de electione.
35. Brunst, quod Ambrosius Theodosium A. S. Caetera excludens,
majestatis, aut aliud grave crimen non commiserit. disput. prior.
36. Brunst — — — — — disput. posterioris.
37. Brännemann, de codicillis, indultis connubialis mili-
tum sive quae Jura dⁿⁱ.
38. Braun, de protectorio imperii, quae Caius Aug. Vult. h^{ab}at.
39. Brenneyen, de praestatione coitionis in cessione
nomi nis.
40. Brinckmann, de notario eorumq. officio.
41. Brückner, de jure fortium.
42. Brückner, de rationibus administratorum.

22a
HEINRICUS
SCHUCKMAN,

J. U. D. Codicis Professor, & Facul-
tatis Juridicæ in Academiâ Rostochienfi
p. l. DECANUS

Ad Actum

Inauguralis Disputationis die
20. currentis mensis Junij, in Audi-
torio Majori, publicè cum DEO
habendæ,

Magnificum DN. RECTOREM, Dnn.
PROFESSORES, cæterosq; omnium Facultatum
ac ordinum Cives Academicos, suo & amplissimi
Collegij Juridici nomine, sedulo
ac officiosè invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLIII.

HEINRICH
SCHICKELMANN

W.D. Godtscheski, Rostock
aus der handschriftlichen Rostocker
Handschrift

Handwritten Disputation

so enthält nicht nur in Ardi-

tion

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

Handwritten Disputation

9

Publicarum calamitatum fontem & causam non immeritò indubitatam ac infallibilem esse dixerimus, quod pauci sint hodiè, qui publicum Interesse; plurimi autem, qui privatam duntaxat & suam respiciunt. *Publicè interest*, Scholas & Ecclesias fore salvas, ad eas rectè ac decenter administrandas viros perpetuò adhiberi, qui doctrinâ, eruditione, morum gravitate, pietatis ac justitiæ Zelo lucem alijs præferant; illos defendi & immunes præstari ab omni malevolorum conatu; debita ipsis oportuno tempore salaria solvi, ne fortè, cum absq; stipendiis militare coguntur, tristes & queribundi agant, quæ hilari fronte & citrà animorum commotionem agenda fuissent; manus quoq; præ ratione officij auxiliares & subsidiarias illis porrigi, vel obstaculum saltem & impedimentum non poni, quò minus, quod bonum est, inoffenso cursu propagare, malum contra intrepido ac imperterritito vultu undique versus exterminare liceat: Sunt enim Scholæ & Ecclesiæ prima illa, non privata, sed publica pietatis ac virtutum seminaria, ex

A 2 quibus

quibus Regum & principum Aulas, civitatum,
curias, omnia Judicia, & quicquid est regiminis
in mundo, instaurari, stabiliri & conservari oportet,
usq; adeò, ut in omni Republicâ tantum felicitatis
ad reliquos status pertinere sit dicendum,
quantum Ecclesiæ & Scholarum constitutio
polliceri videatur. Quotusquisq; verò hodiè est,
maximè inter eos, quibus cura & sollicitudo ista
potissimum incumbit, qui publicam Scholarum
& Ecclesiarum ruinam ità aliquandò ad animum
vocet, vel tantum etiam momenti in his positum
esse putaverit, ut harum saluti suam ipsius salutem
posthabeat, & privato interesse, sicubi illud
versari adverterit, tantillum temporis demendum
statuat, quod salutaribus consiliis pro harum
necessariâ refectione non modò capiendis,
sed & in actum ducendis utiliter impendi possit.
Publicè interest, honestam in omni vitæ genere
disciplinam exerceri, quâ improbi & effrenati
hominum mores coerceantur, abusus, si qui
irreperunt, maturè aboleantur, omnes in universum
fallaciæ, fraudes, simulationes, circumventiones,
quæ in primis ad enervandos & opprimendos
egenos sunt compositæ, à legitimis contractibus
& negotiationibus debitâ cum severitate refe-
centur, & talis in delinquentes animadversio
ubiq;

9
ubiq; instituat, ne quis statim, quod libeat
vel emolumentum quocunq; modo promittat,
idem etiam licere sibi sine discrimine, sed istud
demum licere cogitet, quod pietas, justitia & ho-
nestatis ratio suaserit. *Publicè interest*, scelera non
abire impunita, cum verendum sit, ne, si huma-
num judicium & temporalem vindictam prapo-
sterâ quâdam & iniquâ conniventia suspendam
effugerint, in Cœlum se recipiant, & horrendam
supremi Judicis indignationem (quod cum le-
thali internecione conjunctum esse solet) in to-
tum corpus exarsuram promoveant. *Publicè in-
terest*, ne quis re suâ malè utatur, inq; fastum, lu-
xuriam, voluptates turpissimas, aliasq; non mi-
nus inutiles quam damnabiles impensas nefario
ausu convertere incipiat, quod exigente necessi-
tate, communi commodo & publicis utilitati-
bus servire debebat. *Publicè interest*, omnibus
in universum æquabili temperie justitiam di-
spensari, & talia ubivis formari judicia, in quibus
legum & Juris auctoritas nullis contorsionibus,
nullis concussionibus obnoxia, liberam loquen-
di arbitrandiq; facultatem obtineat. *Ut alia ta-
ceamus*, & totum *Interesse publicum* in compendi-
um quasi redigamus, *Publicè interest*, post DEI
Omnipotentis gloriam, in quâlibet Republicâ
A 3 supre-

supremam legem esse populi salutem, quam omnibus privatis ac speciosis respectibus quacunq; ratione dominari oporteat. Hodie quidem cum maximâ Germaniæ parte eò prohi dolor ventum est, ut populi viribus, quæ sunt totius Regiminis viscera, paulatim attritis & ad restim usq; reductis, metuendum sit, ne vacuas tandem, & suis Civibus, qui, quod crebris exactionum pressuris non amplius ferendis sufficiunt, solum subindè avitum vertere, & bonis à tergo relictis aliò migrare coguntur, spoliatas cum tempore (quod DEUS clementer avertat!). Respublicas habeamus. Quotusquisq; verò est, qui communi hæc communis patriæ miseriâ tantoperè se affectum sentiat, ut inter publica damna privatum magis interesse, quàm populi salutem, si alterutrum horum negligendum veniret, periclitari velit. Ipsa animantia bruta tantam agunt suorum curam, ut propriæ quasi salutis oblita, dummodò editos à se foetus ab interitu servare possint, sibi potius de pastu & vitæ adjumentis, quàm illis quicquam detrahare videantur. Quid homo ergò, qui rationis particeps & ad commune bonum est natus, imò verò quid illi non fecerint, qui Patres patriæ non tam dici quam esse reipsâ volunt?


Hi


9
Hi certè ex conscientia dictamine nullum respectum vel interesse privatum tanti aestimabunt, ut ejus intuitu ullius ex populo salutem, si cavere queant, in discrimen venire patiantur. Sed quemadmodum damnabilis & execranda res est, ita inhiare privato commodo, ut publicum interesse vel nihil vel parum curetur; Sic vicissim nemini interim veneranda Justitia, quod suum est, negat; sed cuivis facile, dummodo saluum & intemcratum maneat commune Bonum, *privatum* aliquod, at honestum & naturali ratione indultum *interesse*, quod bene cum publico consistit, legitimis medijs persequendi, justam uti par est, potestatem largitur. Hoc ipsum verò quale sit, quot modis obtingat, ex quibus causis debeat, quâ actione peti & quomodo obtineri in Judicio possit, & si quæ sunt alia ad hanc materiam vel maximè spectantia, pluribus edocebit. Inauguralis Dissertatio, quâ literatissimus & humanissimus LL. Candidatus DN. HERMANNUS. HOFFMAN Culmbacho-Francus, concinnâ ac eruditâ methodo de INTERESSE conscripsit. Ejus industria & improbi pariter accatenati labores, quos ex amore Legalis scientiæ, in hâc & alijs Academijs feliciter exantlavit, fecerunt nuper apud Amplissimam nostram Facultatem,


tatem, ut pro more recepto ad privatum exam
men admissus, eoq; exacto dignus sit declaratus,
cui, quod modestè ambiit, summum in Jure
Brabejum conferretur. De quo ut non nobis
solùm, sed & omnibus porrò constaret, propo
situm est DN. CANDIDATO die 20. præsentis men
sis Junij, in publicum volente DEO prodire, &
suas de *Intèresse* theses pro virili tueri. Huic verò
publico ac solenni Inauguralis Disputationis a
ctui, ut Magnificus DN. R E C T O R, Reverendi,
Consultissimi, Experientissimi, Clarissimi DNN,
P R O F E S S O R E S, omnium Facultatum Do
ctores, Verbi divini Ministri, Linguarum & arti
um Magistri, & tota nobilissimæ Juventutis
Corona, alijq; Literati ac Literatorum Fautores
frequenter intersint, officiosè rogamus; DEUM
Opt. Maximum devotè venerantes, ut nunquam
desinat salutaria in orbe Christiano excitare Or
gana, quæ non privatum sed *publicum interesse* o
mnibus suis studiis, consiliis & actionibus unicè
quærendum ac promovendum statuunt. P. P.
RostochI, sub sigillo Facultatis nostræ Juri
dicæ, die 11. Junij, Anno M. DC XLIII.



43. Breuier de jurisdictione communi.







corporales s. jura, quarum possessio in usu & exer-
sistit, L. f. ff. de Servit. L. 6. §. 1. ff. Si servit. vi-
bique vulgatum illud obtinet, quod tantum
præscriptum, quantum possessum, id quod in spe-
risdictionem applicat Köppen. P. 1. Dec. 48. n. 19
autem in longi temporis usucapione rerum cor-
titulus verus requiritur, ita in rebus incorporal-
lus præsumtus sufficit, qui ex præsumta ejus, quæ
scientiâ inducitur, præsumta sc. concessio, Stru-
43. 16. 15. Qui tamen titulus præsumtus non r-
si de justo, vero & ad transferendam Jurisdicti-
biti titulo constat, qui adest, si plures à non Do-
Jurisdictione investiti sunt de prædio pro indivi-
meist. d. l. L. 1. c. 23. n. 21. Per quantum verò
spatium hæc Quasi-Possessio continuata esse deli-
litum non est. Multi requirunt tempus immu-
quam opinionem *receptiorem* & majoris interpre-
tis esse ex Longoyall. refert Paurmeist. d. l. n.
tamen ipse n. 27. recedit. Alii in præscriptio-
parem aut *inferiorem* longum tempus sufficien-
tra *Superiorem* longissimum requiri tempus præ-
Gebhard. de Jurisd. c. 3. n. 50. seqq. Alii distin-
Jurisdictionem cum territorio præscribere ve-
eo, & priori casu longum tempus sufficere, post-
gissimum requiri putant, quæ sententia præ re-
bus consona videtur, vid. Zoel. ad ff. de Jurisd.
B. Brunnem. ad Wesenb. de Jurisd. 2. 19. C
ad Jurisdictionem communem in specie applica-
prout & circa ipsam ut b. f. toto tempore præ-
ad sit requiritur in C. f. X. de Præscript. de cui-

